ſis pauci ruere iudeoꝝ. Poſt hoc venerunt ſepelire interfectos de iudeis.
ꝛ inuenerūt ſub tunicis interfectoꝝ de donarijs idoloꝝ. Ly. id eſt de reb⁹
ꝓcioſis cultui idoloꝝ dedicatis. a quibus lex ꝓhibet Deute. vij. Omni/
bus ergo manifeſtū eſt ob hanc cauſam eos corruiſſe. omnes itaq₃ bene/
dixerunt iuſtū iudiciū domini. qui occulta fecerat manifeſta. Tunc poſt
ſequitur preſens lectio (In diebus illis. vir fortiſſimus iudas facta col/
latione duodecim millia dragmas argenti miſit hieroſolymā offerri ea
ibi pro peccatis mortuoꝝ) Ly. ſcʒ interfectoꝝ in bello (Iuſte ꝛ religioſe
de reſurrectione) ſcʒ futura (cogitans Niſi eīn eos qui ceciderant reſurre/
cturos ſperaret. ſuꝑfluum videretur ꝛ vanū orare pro mortuis. Et quia
cōſiderabat ꝙ hi qui cū pietate dormitionē acceperant optimā haberent
repoſitam gratiā Sancta ergo ꝛ ſalubris eſt cogitatio pro defunctis ex
orare. vt a peccatis ſoluātur) Sed forte videretur alicui ꝙ factū hoc fuit
fruſtra. eo ꝙ iſti ſic interfecti vidētur mortui in peccato mortali habentes
ſecum donaria. Reſpondet Nicolaus de Lyra. ꝙ iudas machabeus ꝛ ſo
cij ei⁹ audebāt probabiliter iudicare ꝙ illi interfecti penituiſſent ī morte
ꝛ ſic orationes ꝛ oblationes valebant eis. eo ꝙ mortui erant ī ſtatu ſalu/
tis.

## Finit poſtilla ſuper epiſtolas

## Incipit poſtilla ſuper euangelia Et primo do/minicalia ſcd̄m ſenſū litteralem. iuxta cōcordātias euan/gelistarum

Um appinquaſſent hieroſolymis Matth. xi. Lu. xix.
Joannis. xij. Hiſtoria huius euangelij ſcā eſt. Anno
chriſti. xxxiij. xiij. kal. aprilis. dn̄ica. luna. x. indictiōe. vi
Ante iniciū hodierni euangelij habetur Joan. xij ꝙ ante
ſex dies paſche. id eſt ſabbato an̄ palmaꝝ. chriſtus venit
bethaniā. quod erat caſtellū marthe ꝛ marie magdalene. diſtans a hieru
ſalem duo parua miliaria. que faciunt vnū dimidiū miliare apud nos. ſ. i
partibus almanie. vbi fecerunt chriſto cœnā. ꝛ martha miniſtrabat La
zarus vero erat vnus ex diſcūbentibus Maria magdalena aperuit pixi
dem de alabaſtro vnguenti nardiſpicati ꝓcioſi ꝛ vnxit pedes ꝛ caput do/
mini Conuenerunt aūt bethaniā multi. nō tm̄ propter ieſum. ſed vt laza
rum viderent reſuſcitatū Cogitauerūt aūt principes ſacerdotū vt laza
rū interficerent. q꞉ multi ꝓpter ip̄m abibant ex iudeis ꝛ credebāt in ieſū.
Sequenti vero die ſcʒ die palmarū mane facto chriſtus de bethania re/
ceſſit vt veniret in hieruſalem (Cum autem appropinquaſſent hieroſoly

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mis ⁊ veniſſent betphage) Ly. quę erat villa parua in deſcēſu mōtis oli-ueti verſus hierl'm. ⁊ erat ſacerdotū. q̄ꝛ licet ſacerdotes non haberent here-ditates ad colēdū habebāt tñ domos ad aīalia nutrienda. (ad montem oliueti) q̄ diſtat a hierl'm mille paſſus. qui faciūt vnum miliare. i. iter ſab-bati habens. vt patet Actu. i. (Tūc miſit duos de diſcipulis ſuis) q̄ fue-runt petrus ⁊ philippus. vt dicūt Ambro. et Criſ. etiaʒ Hilari⁹ (dicēs. Ite in caſtellū) id eſt ad hieruſalem. quę erat ſita ad radices alterius mō-

## Dominica prima aduentus. Euangelium ſcd̄m Mattheū. xxi.

In illo tempore. Cum appropinquaſſent hieroſolymis. ⁊ veniſſent betphage ad montem oliueti. tunc miſit duos de diſcipulis ſuis dicens. Ite in caſtelluʒ quod contra vos eſt. et ſta-

tis ſcʒ ſyon. (quod eſt contra vos) i. vob ex oppoſito. Hic etiā dicitur quod domin⁹ noſter ieſus chriſtus preuidebat cōtradictiōeʒ futuram in hieruſaleʒ cōtra apoſtolos. quia poſt aſcenſioné chriſti iudęi perſequebantur apl'os ⁊ flagellabant eos omnes ſimul ⁊ ꝓhibuerunt ne ampli⁹ predicarent populo in hoc noīe. Reſpōdit petrus. Oportet dō plus obedire quam hominibus. Actu. v. Vñ. ⁊. pſ. liiij. Iniquitatem ⁊ cōtradictioné vidi in ciuitate (et ſtatim inuenietis aſinam aligatam ⁊ pullum cū ea) ad litteram dicitur quod in hieruſaleʒ erat aſina cōmunis deputata communibus vſib⁹ pauperꝝ qui non poterant habere iumēta. ⁊ erat āte domū cuiuſdaʒ ligata vl' in cōmuni loco vt qui ea indigebat die qua habebat eam ei pabulū dabat. pullus auteʒ eius nutriebat ad eoſdeʒ vſus. Et hoc ſecūdum Hiero. et Rabanum (ſoluite et adducite michi. Et ſi quis vobis aliquid dixerit). ſ. impedire volens (dicite. quia dñs his op⁹ habet. et confeſti) id eſt ſine cōtradictione (dimittet eos) vñ. Criſ. Virt⁹ chriſti apparuit coram eo. i. cuſtode illoꝝ animaliuʒ ad dādum ignotis (Hoc autem factum eſt vt adimpleretur qd̄ dictū ē ꝑ prophetam dicētē. Zacha. ix. (dicite filię ſyō) Ly. hoc eſt ciuitati hieruſalē quę dicebat filia ſyon. quia in mōte ſyon erat fortalitium ciuitatis ⁊ protegebat ciuitas ab illa ꝑte ſicut filia a matre (Ecce rex tuus) id eſt xp̄s (venit tibi man-ſuetus ſedens ſuper aſinam ⁊ pullum filium ſubiugalis) Primo em̄ ſedit ſuꝑ pullum quia tamē non erat domitus. quia nōdum fuerat applicat⁹ humanis vſibus. vt dicit Mar. xi. Luc. xix. ideo ſedit poſtea ſuꝑ aſinā. Hoc autem factū eſt in figura. quia per pullū ſignificatur popul⁹ gentilis q̄ nō fuerat ſubiectus iugo legis. per aſinam vero populus iudaicus qui laborauerat ſub lege. Ad hoc auteʒ veniebat xp̄s in mūdū: vt vtrūʒ ppl'm ſubiugaret ſibi per fidē catholicā. Notandum auteʒ ꝙ huic facto adhibetur ꝓphetę zacharię teſtimoniū vt appareat dñm ieſum ōnia quę de ipſo ſcripta ſunt compleuiſſe ſʒ ſcribę ⁊ pharizei cecati malicia nō intellexerunt ea quę legerunt. Et iſtud dictum ꝓphetie extenditur ad duplicem aduentum chriſti ſcilicet ad aduentum in carnem. ⁊ ſic legitur ß

euãgelium in prima dominica aduẽtus ſcðm rubricam ordis ꝓdicatoꝝ
ꝛ ad aduentum in hieruſalem. ꝛ ſic legitur in dominica palmarum. (Eũ
tes autẽ diſcipuli fecerũt ſicut precepit illis ieſ⁹. ꝛ adduxerũt aſinaꝫ ꝛ pul
lum. ꝛ impoſuerũt ſuꝑ eos veſtimenta ſua. eum deſuꝑ ſedere fecerunt) hec
fuit reuerẽtia quã diſcipuli chriſto exhibuerũt. quia nõ permiſerũt eum
equitare ſuper nudo. ſed ei loco ſellę veſtimenta ſua impoſuerunt (plu-

tim inuenietis aſinam aligatam ꝛ pul
luꝫ cum ea. ſoluite ꝛ adducite mihi Et
ſi quis vobis aliquid dixerit. diciteqꝫ
dominus his opus habet. ꝛ cõfeſti di
mittet eos. Hoc autem totuꝫ factum ẽ
vt adimpleretur quod dictum eſt per p
phetam dicẽtem. Dicite filię ſyon: Ec
ce rex tu⁹ venit tibi manſuetus ſedens
ſuper aſinam ꝛ pullum filiuꝫ ſubiuga

rima auteꝫ turba ſtra
uerunt veſtimẽta ſua
in via) ſcꝫ ſub pedibus
aſinę ne offenderet ad
lapidem. Et etiaꝫ hoc
factum eſt ipſi chriſto
a populo in ſignuꝫ re
uerentię. (Alij autem
cedebant ramos de ar
boribus ꝛ ſternebant
in via) quod erat ala-
critatis ꝛ gaudij ſig-
num. vt dr̃ Hiero. Et
eſt veriſiłe ꝙ de õni ge
nere pulcrarum arborum ꝛ precipue oliuarũ Unde eccleſia cantat. Pue
ri hebreoruꝫ tollentes ramos oliuarum et cętera. Cantat etiam de flori
bus ꝛ palmis. In illa eñ calida regione tũc arbores citi⁹ florent. Ideo
eſt credibile quod pulctiores frondes cum floribus ſuis. vel etiam flores
alios de terra carpebant pro amenitate ꝛ iocunditate oſtendenda (turbę
autem quę precedebant ꝛ quę ſequebantur clamabant dicẽtes. Oſanna
filio dauid) cum eñ chriſtus eſſet ĩ deſcenſu mõtis olueti auditũ eſt hie
roſolymis de aduentu ei⁹. tũc turba multa quę cõuenerat ad dieꝫ feſtum
proceſſit ei obuiã. qꝛ audierãt miraculũ de ſuſcitatiõe lazari. Multa eñ
turba comitabatur eum de bethania veniendo. ꝛ ſic omnes ſimul ſcꝫ ob
uiantes ꝛ comitantes fecerunt ei reuerentiam clamantes ꝛ dicẽtes Oſã
na filio dauid. Oſanna interpretatur. obſecro domine ſaluum me fac.
Filio dauid. i. per filium dauid ſcꝫ chriſtuꝫ (benedictus qui venit) ſcꝫ a do
mino deo miſſus (in nomine domini) Unñ Ps̃ Narrabo nomen tuuꝫ fra
tribus meis. Item ſecundum marcum turbę ad huc adiunxerunt ſecun
dam laudem dicentes. Benedictum regnuꝫ patris noſtri dauid quaſi
diceretur. Benedictuꝫ regnum patris noſtri dauid quod reſtitutum eſt
nunc in aduentu tuo. Item ſecundum Lucam terciam laudem addide
rant dicentes. Pax in cęlo ꝛ gloria in excelſis. Item ſecundum Joanneꝫ
quartam laudem addiderunt dicentes Benedictus rex iſrahel qui venit
in nomine domini. Et ſic receperunt eum omnes turbę tanquam regeꝫ.
¶ Circa pñs euangelium vbi dicitur. Ecce rex tuus venit tibi manſue
tus eſt diligẽter ſciendum quod aduentus chriſti deſiderabatur a ſuperio
ribus ſcilicet ab angelis vt reſtaurarentur. Nam per incarnationeꝫ filij
dei ſedes demonuꝫ cadentium ſunt implerę. Item deſiderabatur ab in-
ferioribus ſcilicet a ſanctis patribus de limbo vt inde extraherentur. ꝙ

ibi detinebantur. captiui. qui per aduentum filij dei ſunt liberati. vt patz Zach. ix. Tu autem ĩ ſãguine teſtamẽti tui eduxiſti vinctos de lacu inq̃ non erat aqua etcetera. Itẽ deſiderabatur a mediocribꝫ qui pro tũc erãt in medio id eſt in mundo vt in eius fide et merito ſaluarentur. non deſcendentes amplius in infernum. quia poſt eius aduentum celum aſcendent omnes qui credunt in ipſum in vita glorie permanſuri. vt patet Joh. iij.

lis. Euntes autem ꝛ diſcipuli fecerũt ſicut precepit illis ieſ⁹. Et adduxerũt aſinam ꝛ pullum ꝛ impoſuerunt ſup eos veſtimenta ſua. ꝛ cum de ſuper ſedere fecerunt. Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via. Alij autẽ cedebãt ramos de arboribꝫ. ꝛ ſternebãt in via. Turbe autem que p̃cedebãt et que ſequebantur clamabant dicentes: Oſanna filio dauid. Benedictus qui venit in nomine domini.

Sic deus dilexit mũdum vt filium ſuum vnigenitum daret vt omnis qui credit in ipſum non pereat. ſed habeat vitam eternaz

¶ Item diligenter notandum quod totum tempus ante aduentũ chriſti fuit tempus rigoris ꝛ iuſticie. Nam deus in eo magnam iuſticiã exercuit. vt pz in lucifero. ꝛ ãgelis ei⁹ quos ꝓpter motũ vnũ ſuperbie de celo proiecit. Eſa. xiiij. Itẽ pz in primis parentibus. quos ꝓpter vnum pomum vetitum quod comederunt de paradiſo eiecit. Geñ. iij. Item patet in diluuio in quo propter peccatum carnis totum genus humanum ſubmerſit. exceptis octo homĩbus. Geneſis. ſeptimo. Item etiam patet in quinque ciuitatibus. ſodoma. gomorra. abdoma. ſeboim. ꝛ ſegor. vt patz Geñ. decimo nono. Pluit dominus ſuper ſodomam ꝛ gomorram ſulphur et ignem de celo ꝛ ſubuertit has ciuitates et omnem circa regionẽ vniuerſos habitatores vrbium. cuncta virentia terre. Item patet in multis locis veteris teſtamenti. vbi oſtenditur quod deus magnas iuſticias exercuit in homines. Naz hec ſententia et admiranda iuſticia omnes patriarchas et prophetas. ac etiam omnez hominem quantumcumqz ſancte viueret mittebat ad carcerem inferni. Geñ. xxxvij. Deſcẽdam ad filium meum lugẽs in infernuz ac etiam ioãnem baptiſtaz de quo chriſt⁹ teſtatus ẽ. Qꝫ inter natos mulierꝝ non ſurrexit maior ioãne baptiſta. Mat. xi. ca. Unde pſ̃. Dñe in celo miſericordia tua. q̃a miſcđia ꝓ tunc videbať eſſe in celo cuz angel. At vbi venit plenitudo tẽporis. Gal. iiij. ſcꝫ tẽp⁹ gratie ꝛ miſericordie. quod incepit ĩ aduẽtu chriſti. circũquaqꝫ regnat ꝛ p̃ualet miſcđia iuſticie. Vñ pſ̃. cxviij. Miſericordia tua dñe plena eſt terra. Hoc ſic probatur. quia chriſtus poſt aduentuz ſuũ regnum celoꝝ precioſiſſimũ vili precio vendidit. Nã p̃mo ipſuz dedit apoſtolis ꝓ naui ꝛ reti. vt ptz. Mat. quarto. Relictis retib⁹ ꝛ naui ſecuti ſũt eũ. Secũdo zacheo dedit ꝓ dimidio bonoꝝ ſuoꝝ vt pz Lu. xix. Ecce dimidiũ bonoꝝ meorũ dñe do pauperib⁹. Tercio dedit alijs pro reſidua parte diuitiarum ſuarum vt ptz. Lu. xi.

Quod ſupereſt date elemoſynā. et ecce oīa mūda ſunt vobis. Quarto q̄
buſdaz dat ꝓ duobus ęribus minutis. ſicut paupcule viduę. vt pz Luc.
xxi. Uidit autez ieſus ⁊ quādaz viduā paupculaz mittētem ęra minuta
duo Quinto q̄buſdā pro calice aquę frigidę. vtz Mat. x. Quicunqz po
tū dederit vni ex m īmis meis iſtis calicē aquę frigidę nō perdet mercedē.
Sexto quibuſdā ꝓ ſola bona voluntate. vt latroni in cruce q̄ dixit Dn̄e
memento mei dū veneris in regnū tuū Et r̄ndit ei chriſtus. Amē dico ti
bi. hodie mecū eris in paradyſo Unde Aug⁹ Coronat de⁹ int⁹ volunta
tem vbi nō inuenit facultatem. ¶ Itē notandū ꝙ Hugo de prato ſup p̄
dicta verba Ecce rex tuus venit tibi māſuetus. dt ꝙ dn̄s ieſus chriſtus
venit nobis ſeptē modis Primo venit vt lux ad nos illuminādū. qr oēs
ceci eramus. vt Eſaię.
ix. Hitantib⁹ in regio
ne vmbrę mortis. lux
orta eſt eis.. Secundo
venit vt medic⁹ ad ſa/
nandū. qr oēs infirmi
ad mortē iacebam⁹ vn̄
p̄s. cvi. Miſit verbuz
ſuum et ſanauit eos.

## ¶ Dominica ſecunda aduentus Euā/gelium ſcđm Lucam. xxi.

IN illo tp̄e di. i. d. ſ. Erunt ſigna ī
ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis. ⁊ in terris p̄ſ/
ſura gētiuz p̄ ꝯfuſiōe ſonit⁹ maris ⁊ flu

Tercio venit vt iuſtus ad iuſtificandū ⁊ peccata remittendū. qr oēs pec/
cauimus Iuxta illud ad Rho. iij. Omnes peccauerunt ⁊ egent grā dei.
Mat. ix. Cōfide fili remittūtur tibi peccata tua Quarto venit vt ignis
ad inflāmandum. quia in dei amore ⁊ ꝓximi oīes frigidi manebam⁹. vt
patet Lu. xij. Ignē veni mittere in terrā. Quinto venit vt redēptor ad
precium nobis ſoluendū. qr omnes pro delicto primorū parentū in carce
re inferni detinebamur. Unde apoſtolus. i. Cor. vi. Empti eīn eſtis p̄/
cio magno Sexto venit vt vita ad viuificandū. quia omnes vita glorię
carebamus. propter originale peccatū Septimo venit vt dominus om/
nipotens ad patriam noſtram nos deducēdo. vt patet. Michee. ij. Aſcē
dit eīn pandens iter ante eos Hęc Hugo de prato ¶ Poſtilla
ERunt ſigna in ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis ⁊c̄ Lu. xxi. Mat. xxiiij. Mar.
xiij. Hęc p̄dixit domin⁹ ieſus Anno eius. xxxiij. xi. kalendas aprilis. fe/
ria tercia. luna. xij. indictione. v. Ante iniciū hodierni euangelij ſcribit
ſanctus Lucas in eodem capitulo. ꝙ chriſtus p̄cedens tempus extremi
iudicij. dixit Surget gens cōtra gentem. ⁊ regnū aduerſus regnum. ⁊ ter
ręmotus erūt magni per loca ⁊ peſtilentię ⁊ fames. terroreſqꝫ de cęlo. ⁊ ſi
gna magna erunt Ue pregnantibus ⁊ nutrientibus in illis dieb⁹ Item
de extremo iudicio dr etiam Lu. xvij. Sicut fulgur choruſcans de ſub cę
lo in ea que ſunt ſub cęlo. ita erit filius hoīs in die ſua. ſcꝫ aduentus ad
iudicium Et ſicut factum eſt in diebus noe. ita erit in diebus filij hoīs.
Edebant ⁊ bibebant vxores ducebāt ⁊ ducebantur ad nuptias vſqꝫ in di
em qua intrauit noe arcam. ⁊ venit diluuiūm et perdidit omnes Simi/
liter ſicut factum eſt in diebus Loth Edebant et bibebant. emebant et
vendebant. plantabant ⁊ ędificabant. Qua die autem exijt Loth a ſo/
domis pluit ignem et ſulphur de cęlo. et omnes ꝑdidit Scđm hęc eri

hec erit qua die filius hominis reuelabitur. ſcilicet in die iudicij Unde etiam de hoc dicitur. pri. Theſſaloni. v. Cum dixerint pax ⁊ ſecuritas tunc repentinus eis ſuperueniet interitus.

Runt ſigna in ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis. Luce. xxi. Matthei. xxiiij. Marci. xiij. Sed que erunt illa ſigna declaratur. Primo vt habetur iohelis. ij. Sol conuertetur in tenebras. ⁊ luna in ſanguinem. antequam veniet dies domini magnus ⁊ terribilis

**ctuum areſcentibus hominibus pre timore et expectatione que ſuperuenient vniuerſo orbi. Nam virtutes celorum mouebuntur. Et tunc vide//**

Item oſtenſum eſt ioanni. vt habetur Apocalip. vi. Sol fact⁹ eſt niger tanquã ſacc⁹ cilicinus.. ⁊ luna tota facta eſt ſicut ſanguis ⁊ ſtelle de cœlo ceciderunt ſuper terrã. Itez chriſtus dicit. Mat. xxiiij. Sol obſcurabitur ⁊ luna non dabit lucem ſuam. et ſtelle cadent de cœlo. Hoc non intelligitur ꝙ cadent de firmamento. quia minima ſtella ſecundum aſtronomos eſt maior quam tota terra. ſed tante impreſſiões ⁊ choruſcationes erunt in aere decurrentes ad terrorem maloꝝ vt a ſimplicibus hominibus ſtelle cadere putabũtur. Unde Auguſtinus Tam ſeuia erunt iudicia dei qđ ipſũ iudicẽ ſol aſpicere nõ audebit (⁊ in terris pſſura gentiuz pre cõfuſione ſonitus maris ⁊ fluctuum eius. Nam mare eleuabitur vltra altitudinem montiuz quadraginta cubitis Unde ĩ pſalmo. xcij. Mirabiles elationes maris. Tunc illi qui prope mare habitabunt in vallibus. fugient ad loca montana. et ꝯprimẽt ſe ꝓpter ſonitum maris (areſcentibus hominibus) Gorra. quia ſicut mentem ſecuritas reficit et impugnat ſm illud. Prouerbioruz. xv. Secura mens quaſi iuge cõuiuium. ſic timor attenuat et exſiccat oſſa. p̃ timore) ſcz inſtantiũ malorum (et expectatione) ſcilicz futuroꝝ adhuc diſtantium (que) ſcilicet timor et expectatio (ſuperueniet deſuper) ſcilicet de celo. (vniuerſo orbi) nõ tantum parti. Ex quo patet ꝙ nullus erit locus refugij.. vt patet Mat. xxiiij. Erit tunc tribulatio qualis non fuit ab inicio mundi vſque modo nec fiet. vt patet Danielis. decimo.. Ueniet tale tempus quale non fuit ex quo gentes eſſe ceperunt (nam virtutes cœlorum mouebũtur) id eſt angeli ad modum trementium ſe habebunt. Et angeli dicũtur virtutes cœlorum. quia ſunt inhabitatores cœlorum. Unde Criſoſtomus dicit Angeli qui in iudicio aſtabunt nihil ſibi conſcij videbunt infinitaz multitudinem condẽnari non intrepide. ſed cum magno tremore illic ſtabũt. (Et tunc videbũt filium hominis) ſcilicet tam boni quam mali Quia ſecũdum magiſtrum ſententiarum libro quarto Chriſtus dominus in forma hominis iudicabit. et in illa ab omnibus videbitur.. Erit tamen differentia ex parte videntiuz. quia boni videbunt cum cum magno gaudio et gloria. ſed mali cum confuſione ⁊ pœna. Unde etiã ſanctus Thomas in. iiij. diſtinctione. xlviij. Sicut viſio glorie humanitatis chriſti erit iuſtis in premium. ita inimicis chriſti erit in ſupplicũ (veniẽtem) ſcz

ad iudicium(in nube)ſcȝ lucida(cū poteſtate magna ⁊ maieſtate)q̄ꝛ cum angelis ⁊ omnibus ſanctis in celo exiſtentibus. Et tunc cōgregabit omnes gentes in vallē ioſaphat. vt habet Johel. ij. Hierony. vero dicit Nō intelligendū eſt ꝙ in illa valle ioſaphat cōcludant innumerabilia millia hominū. ſed in locis circumiacentib⁹ Nam boni in aere cū chꝛiſto ſtabūt Mali vero in terra. quoꝝ infinitus erit numerus. Cū quibus ver⁹ ⁊ iuſtus iudex contendet et diſceptabit. Cōſequenter in euangelio hodierno poſt timoꝛeȝ reꝓboꝝ ponitur ꝯſolatio electoꝝ cū dr̄. (His aūt fieri incipientibus reſpicite).

debunt filium hominis venientē in nube cū poteſtate magna ⁊ maieſtate His aūt fieri incipientibus reſpicite ⁊ leuate capita veſtra. quoniam ap.ꝓpinquabit redēptio veſtra Et dixit illis ſi.litudinem Uidete ficulneam ⁊ omnes arboꝛes cum pꝛoducunt iam ex ſe fructū ſcitis quoniam pꝛope eſt eſtas. Ita et vos cum videritis hec fieri ſcitote quoniam pꝛope eſt regnum dei Amen dico vobis. quia non p̄teribit generatio hec donec omnia fiant Celum et terra trāſ

per fidē(⁊ leuate)ꝑ ſpē (capita veſtra)id ē coꝛda veſtra. Vn̄ Grego. Capita leuare eſt mē tes ad gaudia celeſtis patrie erigere. (quoniā appꝛopinquabit redēptio veſtra)id eſt gloꝛificatio animaꝝ ⁊ coꝛpoꝛum. quia poſt mundi ruinā ſequit̄ beatitudo. que erit in gloꝛificatione coꝛpoꝛis ⁊ aīme (Et dixit illis ſili.tudinem Uidete ficulneam ⁊ omnes arboꝛes. cuȝ ꝓducunt iam ex ſe fructum. ſcitis quia pꝛope eſt eſtas. ita ⁊ vos cum videritis hec fieri ſcitote quoniam ꝓpe eſt regnum dei) Unde Hierony. Cum ramus ficus tener eſt. et folia nata. ⁊ gemme in floꝛem germinant. ⁊ coꝛtex folia parturit. tunc intelligitis veris ⁊ eſtatis aduentū Sic cū omnia que ſcripta ſūt ⁊ que chꝛiſti aduentū precurrere debent videritis. ſciatis quia pꝛope ē aduentus chꝛiſti ad iudiciuȝ. Sequitur certitudo ꝓdictoꝝ. cū dicitur(Amē amen dico vobis. quia nō p̄teribit generatio hec)id eſt genus humanum (donec oīa fiant)ſcilicet que dicta ſunt(Cœluȝ ⁊ terra tranſibunt) id ē depoſita pꝛioꝛi foꝛma innouabūtur. permanente tn̄ ſubſtantia Nam terra. aqua. aer. ⁊ ignis. ⁊ omnia elementa cōflagratione ignis mundabunt Erit eīm terra ſicut criſtallus pura. aqua et aer obſcuritate. frigiditate. fumoſitate pꝛiuabūtur. et omnē frigiditatē. caliditatem. fumoſitatē ⁊ impuritatem ab elementis ſeꝑabit. et in infernū detrudet. vt mali infinities plus habeant de frigoꝛe. de caloꝛe. de fetoꝛe. q̃ habuerunt(verba autem mea nō tranſibunt)ſcȝ ſine effectu impletiōis Unde Hiero. Facilius eſt tranſire terrā. quam chꝛiſti verba Nā ſi omnia que in lege ⁊ ꝓphetis ſcꝑ ta ſunt īpleta ſunt ⁊ adimplebūtur. quomodo ergo chꝛiſti ꝟba q̄ ꝑ ſe perſonaliter eſt locutus nō adimpleri debeant Ergo verba chꝛiſti nō tranſibunt incōpleta. ſed mīma littera complebitur. vt patet Matthei. v. Jota vnū aut vnus apex nō p̄teribit a lege donec oīa fiant. ¶ Unde cir

ea pſens euangelium vbi dicitur. tunc videbunt filiuz hõis venientẽ ĩ nu
be cum poteſtate magna Notandũ ꝙ chriſtus nõ venit niſi prius veni
at antichriſtus. Quando autẽ antichriſt' veniet? Reſpondeť primo in tẽ
pore peccatorũ abundantię. vt hẽtur. Danielis. viij. Cũ creuerint iniqui
tates cõſurget rex impudens. Gloſa. Omniũ iniquitatum plenus. Un/
de Oſeę. iiij. dicitur ꝙ tẽpore antichriſti plus ꝙ̃ prius abundabit men/
dacium. adulterium. furtum. homicidiũ. rapina. auaricia. ſuperbia. ⁊ ſic
de alijs vitijs. Unde etiã Mat. xxiiij. Abundabit iniquitas. ⁊ refrige
ſcet multoꝝ charitas. Quis dubitat iam ꝓximuz ipſius tẽpus fore. cum

ibunt. verba autem mea non tranſi//
bunt

Dominica. iij. aduentus. Euange.
ſcđm Mattheum. xi.

In illo tempore Cum audiſſet io
annes in vinculis opa chriſti mit
tẽs duos de diſcipul' ſuis ait illis Tu
es qui venturus es an alium expecta//
mus? Et reſpondens ieſus ait illis Eũ
tes renunciate ioanni quę audiſtis ⁊ vi
diſtis Ceci vident. claudi ambulant. le
proſi mundantur. ſurdi audiunt. mor
tui reſurgunt.. pauperes euangeli//

iam ex mala cõſuetu/
dine infinita mala fiãt
q̃ nrõꝝ parentum tem
pore nõ modici fuerũt
dedecoris. quę nunc tẽ
poris cõputãtur inter
facta honoris. ſicz ha/
bere amaſias ⁊ houi/
ſatrices. deceptiões in
emptionibus ⁊c̃. Unđ
Prouer. ij Letantur
cũ malefecerint. O ſi
iam tot mala fiunt q̃n
ta mala tunc erunt tẽ
pore antichriſti Unđ
quãto magz finis mũ
di appropinquat. tanto
peiores hoies erunt
Secundo veniet tem/
pore litium ⁊ p̃lioꝝ. Unde Matthei. xxiiij. Surget gens contra gentez
⁊ regnum aduerſus regnũ. Si ergo tot lites noſtris temporibus ſunt et
p̃lia. quot tunc erunt tempore antichriſti. quãdo ſathanas ſoluetur. qui
nũc ligatus tenetur. vt habetur Apoca. ij. Tercio veniet tẽpore magnę
famis. quia ex guerris cõtinuis ſequitur fames Unde Lu. Omne r̃gnũ
in ſe diuiſum deſolabitur. quia agricolę tunc nec agros colere nec ſemina
re poſſunt. Quid demum? tunc fames ⁊ cariſtia nõ modica ſequeť. Un/
de dicitur in p̃s. Terra fructifera verſa eſt in ſalſuginẽ a malicia inhabi/
tantiuz in ea. Quarto veniet tẽpore magnę peſtilentię Nam omne quod
viuit cibo indiget. Unde Ariſtoteles primo ęthicorum Nõ poſſibile eſt
diu viuere ſine cibo Ideo qui cibo caret. ac famis macie torqueť ꝓpter ꝑ/
ditionem hũidi radicalis infirmabitur. ⁊ tandẽ leui ſuperueniẽte febricu
la. homo ſubito quaſi ex peſtilentia. vt phiſici naturales dicũt. morietur
Quinto veniet tempore diſcidij regnorũ a rhomano imperio. ij. ad Theſ
ſalo. ij. Niſi venerit diſceſſio primuz ſcz regnorũ a rhomano imperio Un
de gloſa ſuper illud Danielis. vij.. Et habebat cornua decẽ. dicit ꝙ ap
propinquante die iudicij rhomani imperiũ ſcindetur in decẽ partes et in decẽ

regna. Sexto veniet tpe ſchiſmatis in eccleſia dei..vt dicit Gloſa pre
miſſa ſup verba apoſtoli.niſi venerit diſceſſio primum.ſcilicet obedien/
tia rhomane eccleſie Septimo veniet tempore hypocriſis illorum qui
ſe putant religioſos pre ceteris hominibus.pri. Theſſaloni.iiij. In hy
pocryſi loquentium mendaciū· Item Matthei.xxiiij. Surgent pſeudo
chriſti.& pſeudo prophete et multos ſeducent. Octauo veniet tempo/
re hereſis. Unde Apoſtolus. Prima ad Thimotheum. quarto. Deſcen
dent quidam a fide Nono veniet in iſtius mundi fine.quia poſt mortē
antichriſti non longe mundus finietur

## ¶ Poſtilla.

Um audiſſet ioannes in vinculis opera chriſti mittens duos de
diſcipulis.ait illi.Tu es qui venturus es an alium expectam⁹?
Matthei.xi. Hoc euangelium factum eſt anno chriſti.triceſi/
mo primo.idus decembris.feria ſexta.luna decimanona. indictiōe quar
ta. Ante inicium illius euangelij ſcribit ſanctus Mattheus in pcedē
ti capitulo.quod chriſtus dixit diſcipulis ſuis. Qui vos recipit me reci
pit.Et qui me recipit eum qui me miſit recipit. Qui recipit prophetam
in nomine prophete.mercedem prophete accipiet Et qui recipit iuſtū
in nomine iuſti.mercedem iuſti accipiet.Et quicunq potū dederit vni
ex minimis iſtis calicem aque frigide tantum in nomine diſcipuli.Amen
dico vobis non perdet mercedem ſuam. Tunc poſt hoc ſequitur euan
gelium hodiernum(Cum audiſſet ioannes in vinculis opera chriſti)Ly
ra.Herodes antipas incarcerauit Joannem ad inſtantiam herodiadis
adultere.propter hoc quod ioannes arguebat ipſum herodem.eo quod
abſtulerat fratri ſuo Philippo vxorem ſuam nomine herodias.. Ut ha
betur Marci.ſexto.Miſit herodes & tenuit ioannem.& vinxit eū ī car
cerem Joannes ergo in carcere poſitus(miſit duos de diſcipulis ſuis ad
ieſum)vt dicerent(Tu es qui venturus es?)ſcilicet meſſias in lege promiſ
ſus qui debes ſaluare iſrahel(an alium expectamus?). Hic queritur
an Joannes dubitauit de chriſto.an ipſe eſſet ſaluator mundi an eēt mo
riturus in humana natura pro hominis ſalute?. Reſpondetur quod
non dubitauit quia ipſum prius baptizauit.Matthei.iij. Et vidit ſpiri
tum ſanctum deſcendentem ſuper eum. Et inſuper de eo teſtificatus eſt
dicens Ecce agnus dei.ecce qui tollit peccata mundi. Sed diſcipuli eius
qui non ſic erant illuminati.dubitauerunt ipſum eſſe chriſtum..Et ideo
miſit diſcipulos ſuos vt viderent miracula chriſti..et ſic crederent ipſum
eſſe ſaluatorem mundi Iſti autem duo diſcipuli recedentes a ioanne.inue
nerunt chriſtum cum turbis populorum qui venerant ad eum cum infir
mis ſuis.et expectabant infirmorum curationem Et poſt predicatōē;
tunc diſcipuli ioannis fecerunt ſibi predictam queſtionem coram omni
populo Chriſtus autem non reſpondens eis verbo. ſed facto. Ut dicit
Luce.ſeptimo.In ipſa hora chriſtus multos homines curauit a lāguo
ribus ſuis et plagis et ſpiritibus malis.et cecis multis donauit viſum
(Et reſpondens dixit illis Euntes)id eſt reuertentes vnde veniſtis(renū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

clate Joāni)ſcꝫ ad ſuam ꝯſolationē. ꝛ ad veſtram cōfirmationē (que au/
diſtiſ)ſcꝫ ī mea p̄dicatiōe(ꝛ vidiſtis)in miraculoꝝ opatiōe(ceci vidēt. clau
di ambulāt. leproſi mundāꝫ. ſurdi audiūt. mortui reſurgūt. paupes euā
gelizanꝫ)id eſt denūciātur habere regnū celoꝝ. vt pꝫ Lu. vi. Beati pau/
peres ſpū qm̄ ipſoꝝ eſt regnum celorum. Per hec eīn opera chriſtꝰ mani/
feſte probauit ſe eſſe meſſiam (ꝛ beatus qui non fuerit ſcandalizatus in

euāgelizāꝫ Et btūs ē q̄ nō fuerit ſcāda
lizatꝰ ī me. Illꝭ āt abeūtibꝫ cepit ieſꝰ di
cē ad tꝛbas de ioāne. Quid exiſtis in de
ſertū videre arūdinē vēto agitatā. Sꝫ
quid exiſtiſ videre hoīeꝫ mollibꝫ veſtitū
Ecce q̄ mollibꝫ veſtiūꝫ ī domibꝫ reguꝫ
ſūt Sꝫ q̄d exiſtis videre ꝓphetā. Etiā
dico vobis ꝛ plꝰ q̄ꝫ prophetā. Hic eīn
eſt de quo ſcriptum eſt. Ecce ego mitto
angelum meum ante faciem tuaꝫ: qui
preparabit viam tuam ante te.

me. Gorra id eſt cum
poſt tot miracula vide
rit pati non me nega
bit Illis auteꝫ abeun
tibus) ſcilicꝫ a chriſto
ꝛ reuertētibus ad Jo
annem (cepit ieſus di
cere de Joanne)ſcilicꝫ
ipſuꝫ cōmēdādo. Hi
larius. Chriſtus cō/
mendauit Joannem
non preſentibus diſci
pulis eius. ſed abeun
tibus ne videretur eū
adulatorie cōmēdare
Mos enī adulatorū
eſt in conſpectu homi
num laudare. et in ab
ſentia eorum vituperare. tales ſunt ſimiles ſcorpionibus qui cum acule
is anterioribus quaſi applaudēt. ſed cauda pungunt. Et chriſtus com/
mendat Joannem in quinque. Primo de virtute conſtantie. cum dicit
(quid exiſtis in deſertum )Lyra. id eſt vltra iordanem vbi ioannes bap/
tizauit (videre arundinem vento agitatam )quaſi diceret. vos exiſtis in
deſertum ad Joannem qui non fuit mobilis in mente ſicut arundo a ven
to agitata. ſed eſt ita conſtans. quod nec timore nec amore a veritate de
clinat Secundo de auſteritate vite. cum dicit( Sed quid exiſtis in de
ſertum videre hominem mollibus veſtitum ) Quaſi diceret. non. quia
Joannes habebat veſtimentum de pilis camelorum. et eſca eius erant
locuſte et mel ſilueſtre Et ad hoc habitabat in deſerto vt auſteram vi
tam duceret ( Ecce qui mollibus veſtiuntur in domibus regum ſunt)
Ad hoc enim multi magnatibus adulantur vt cum ipſis commorantes
delicijs vtantur. ſꝫ veritatis amatores talia aſpernātur. Tercio commē
dat eum chriſtus a claritate. noticie cum dicit( Sꝫ quid exiſtis videre ꝓ
phetam )Quia Joannes plus fuit quam ꝓpheta. quem alij ꝓphete pre
dixerunt venturum ipſe eum ad huc in vtero matris poſitus agnouit. ꝛ
poſtea ipſum baptizauit ꝛ digito monſtrauit. Quarto commendat euꝫ
autoritate doctrine dicens(Hic enim eſt de quo ſcriptum eſt) Malach
primo (Ecce ego mitto angelum meum )id eſt Joannem qui vitam
duxit angelicam(ante faciem tuam. qui preparabit viam tuam ante te)
id eſt corda audientium ad recipiendum chriſtum per predicationem ſuā

Quinto cõmendat eum ĩmediate poſt hodiernũ euangeliuz ſuper om̃es ſanctos dicẽs Inter natos mulierꝝ non ſurrexit maior Joãne baptiſta

## Dominica quarta aduentus Euangelium ſecundum Joannem. i.

In illo tp̃e Miſerunt iudęi ab hieroſolymis ſacerdotes ⁊ leuitas ad ioãnez vt interrogarẽt eũ tu q̇s es?. et cõfeſſus eſt. ⁊ nõ negauit. ⁊ confeſſꝰ eſt. qꝛ non ſum ego chꝛiſtus Et interrogauerũt eum Quis g᷑ helyas es tu?. Et

Miſerunt iudęi ab hieroſolymis ſacerdotes Joan. i. Lucę. iij. Hiſtoria huius euangelij facta eſt anno dñi. xxxi. feria quarta. xvij. kalen. Maij. luna quintadecima. indictione quarta. Ante initiũ illius euangelij habet Lu. iij. ꝙ anno quintodecimo imperij tyberij cęſaris. ſ. ſub quo paſſus eſt chꝛiſtus Factum eſt verbũ dñi ſuꝑ ioannez Zacharię filium in deſerto ſcz cũ Joannes eſſz triginta annorũ. ⁊ venit in omnez regionem iordanis p̄dicans baptiſmuz pœnitentię in remiſſionem peccatoꝛum. Dicebat autez ad turbas q̄ exibant vt baptizarẽtur ab eo. Facite dignos fructus pœnitẽtię. Iã eim̃ ſecuris ad radicem arboꝛis poſita ẽ Omnis ergo arboꝛ nõ faciẽs fructũ bonũ excidetur ⁊ in ignẽ mittetur Multa quidẽ ⁊ alia exhoꝛtans euãgelizabat ꝑpl'o Unde iudęi vidẽtes Joannis baptiſtę mirabilem natiuitatẽ. ⁊ eius excellentẽ ſanctitatẽ ⁊ auſteritatem vitę. ideo moti fuerũt ad opinandũ ip̃m eſſe chꝛiſtũ. pꝛopter qđ miſerunt nũcios ad Joãnẽ volẽtes ſuꝑ hoc ſcire veritatẽ Ly. Et ĩ iſto mõ querendi exhibuerunt Joanni magnã reuerentiã. ⁊ hoc pꝫ cum dicitur. (Miſerunt iudei) id ẽ illi de tribu iuda. qui erãt nobilioꝛes in ppl'o iudęoꝛum. In ſignũ huiꝰ de tribu iuda naſci voluit Secũdo ex loci nobilitate. qꝛ (ab hieroſolymis). quę erat ciuitas ſacerdotalis ⁊ regia. qꝛ erat caput regni Tercio ex nuncioꝛum ſolẽnitate. miſerunt eim̃ (ſacerdotes ⁊ leuitas ad eũ) qui erant ſolẽnes perſonę ⁊ in ipſis debebat ſcia ⁊ ſanctitas eminere. Quarto ex perſona ad quam mittunt ſcz ex hoc ꝙ requirũt teſtimonium de ſeipſo. ⁊ tantam fidem habuerunt in dictis eius vt ei crederent. etiam de ſeipſo. ergo dicunt (Tu quis es?). vt reſponſione eius diſcernerent quis ipſe eẽt (et ꝯfeſſus ẽ ⁊ nõ negauit. ⁊ ꝯfeſſus es qꝛ nõ ſũ ego chꝛiſtus) Nam chꝛiſtus id eſt meſſias fuit ꝓmiſſus iudęis ex dictis ⁊ ſcp̄turis pꝛophetaꝝ. Audientes qꝛ nõ eſſet chꝛiſtus. interrogauerunt conſequenter ſi eſſet helyas. quia ſicut aduentus chꝛiſti. ſic ⁊ aduentus helyę fuerat iudęis pꝛomiſſus. Unde dicitur Malach. vlti. Ecce ego mitto vobis Heliam pꝛophetã anteꝗ̃ veniet dies domini magnus. (et dixit nõ ſum) ſcz ego Helias Si autem quis diceret Chꝛiſtus Mat. xi. loquẽs de ioanne dicit Ipſe eſt helyas Et ioannes hic dicit Non ſum Helyas. Reſpondetur ꝙ ipſi quęrebant de perſona Helyę. ⁊ ideo ad eorũ quęſtionem reſpondit. ꝙ ipſe nõ erat Helyas in perſona Sed vt dicit Gregoriꝰ in omelia Joannes fuit Helias in ſpũ pꝛopter ſimilitudinem ⁊ cõfoꝛmi

tatem ipſius ad Heliam Primo in auſteritate vitę. quia de Helia dici
tur.iiij. Regum. capitulo primo. q̄ fuit vir piloſus. ⁊ zona pellicea circa
renes accinctus Et de ioanne dicitur Mat.iij. Et habebat veſtimentuȝ
de pilis camelorum ⁊ zonam pelliceam circa lumbos eius. Secundo in
dura rep̄henſione Helias em̄ regeȝ Achab dure reprehendit. vt habetur
iij. Regum. xviij. Joannes Herodē arguebat. vt habetur Mar. vi. Fu
it etiam ſilis Helię in officio. q2 ſicut Joannes fuit p̄curſor primi aduen
tus. ſic Helyas erit p̄curſor ſecundi aduentus Et hoc voluit chriſtꝰ cuȝ
dixit ip̄m eſſe Heliaȝ
(propheta es tu? reſpō
dit non) Gregoriꝰ Jo
annes negauit ſe eē p/
phetam tantum. quia
plus erat q̄ȝ propheta
(dixerunt ergo iudei.
Quis es tu? vt r̄n̄ſum
demus his qui miſerṫ
nos. Quid dicis de te
ipſo? Ait). ſcȝ Joan/
nes (Ego vox claman
tis in deſerto. dirigite
viam domini. ſicut di/
xit Eſaias propheta)
id eſt Ego ſum ille de
quo ſcriptura dicit E
ſaię. xl. Qui debet cla
mare in deſerto iudeę.
q̄ homiēs ſe p̄ręparēt
ad aduentū̄ chriſti in mundum Et bene ſignatur Joannes in proprieta
te vocis. quia erat annunciator verbi diuini. id eſt chriſti. qui eſt verbum
patris ſecundum diuinitatem Vox em̄ ante verbum. ſic ioannes an̄ chri
ſtum. Jtem ſicut vox manifeſtat verbum. ſic Joannes chriſtum. to/
ta enim vita et conuerſatio Joannis fuit pręparatio ad ſuſceptionē chri
ſti (et qui miſſi fuerant erant ex phariȝeis) Lyra. Phariȝei inter alios vi
debantur magis religioſi. propter hoc dicebantur phariȝei. a phares qđ
eſt diuiſio. quia in habitu. in vita ⁊ geſtu erant ab alijs diſtincti. in ſignū̄
maioris religionis Et ideo phariȝei erant magnę famę in populo iudę/
orum (Et interrogauerūt eum ⁊ dixerunt ei. Quid ergo baptiȝas. ſi tu
nō eſt chriſtus neq̄ȝ helias. neq̄ȝ propheta?) Unde Chriſoſtomus Jnter
rogauerūt eum. nō quaſi ſcire volentes. ſed p̄hibere eū a baptiſmo. (Re/
ſpondit eis ioannes dicens Ego baptiȝo in aqua). ſcȝ lauando tm̄ corpꝰ
ad deſignādum illum qui ſuo baptiſmate lauit animas. Conſequenter
oſtendit chriſti excellentiam dicens (medius autē veſtruȝ ſtetit) id eſt ē p̄/
ſens inter vos in corpore apparuit. ⁊ cōmuni cōuerſatione inter homīes
conuerſatus eſt. vt pȝ in euāgelijs. cum eis manducans ⁊ bibens. ne pro/
pter auſteritatem aliqui deſperarent (quē vos neſcitis) quantum ad diui

dixit Non ſum. Propheta es tu? ⁊ r̄n̄/
dit non. Dixerunt ergo iudęi Quis es
tu? vt reſponſum demus his qui miſe/
runt nos Quid dicis de teipſo? Ait.
Ego vox clamantis in deſerto. dirigi/
te viam domini. ſicut dixit Eſaias pro
pheta Et qui miſſi fuerant erāt ex pha
riȝeis. et interrogauerunt euȝ ⁊ dixerṫ
ei. Quid ergo baptiȝas ſi tu nō es chri
ſtus: neq̄ȝ helias. neq̄ȝ propheta R̄n̄dit
eis Joannes dicens Ego baptiȝo in a
qua. medius autē veſtrum ſtetit quem
vos neſcitis Jpſe eſt qui poſt me ven/

tatem (ipſe eſt qui poſt me venturꝰ eſt) Tho. ſcʒ ad p̄dicandū. baptiſandum. ⁊ moriendum (qui an̄ factus eſt) id ē in dignitate p̄poſitꝰ eſt. qꝛ dignior eſt ⁊ honoratior (Cuiꝰ nō ſum dignus) id eſt ſufficiens (vt ſoluā corrigiā calciamenti eius) Unde Hieronymꝰ ad Euſtochiū Chriſtus nū q̄ꝫ fuit calciatus. ipſe eīm portare calciamenta apoſtolis ꝓhibuit. Luc. x. Et chriſtus fecit opere quod docuit verbo Unde habet Actuū. i. Cepit ieſus facere et docere Lyra dt. ꝙ hec eſt locutio methaforica Quia ī hoc Joannes exprimit ſe nō eſſe dignū exhibere chriſto etiā minimū miniſterium. hoc in verbis iam exprimens ſcd̄m modū loquendi cōmunem. Cū eīm quis ſuā paruitatem. ⁊ excellentiā alterius vult exprimere. ſolet dicere cōmuniter. Nō ſum dignus tangere ſotulares eius. vel aliquid huiuſmodi. (Hec in bethania facta ſunt). Ly. non eſt illa q̄ prope hieruſalem eſt. vbi lazarus fuit ſuſcitatꝰ. ſed alia eodē noīe vocata. ſita ſupra iordanē ex altera parte fluminis in ſorte duaruꝫ tribuū. ⁊ dimidie. Et ideo ad hoc denotādū ſubditur (trans iordanem vbi erat ioannes baptiʒans) que aqua diſtat a hieruſalem ad vnam dietā. ⁊ in eodem loco cōſueuerat morari ⁊ p̄dicare ⁊ baptiʒare. et m̄lti ꝯueniebant illuc ad eū vt baptiʒarentur ab eo Unde circa p̄ns euangeliū vbi dicitur Tu quis es? Queritur quare iudei magis de Joanne q̄ꝫ de chriſto credebant. Reſpondit Chriſoſtomus ꝙ triplex fuit ratio Prima ratio eſt. quia ioh̄nes erat de magno genere. vtpote filiꝰ ʒacharie magni ſacerdotis. Et quia miraculoſe natus eſt de vtroqꝫ parente ſterili ⁊ ſene Chriſtus aūt vt ipſi credebant erat filius fabri. et cuiuſdā paupcule mulieris. et nō miraculoſe natus. qꝛ de iuuēcula. quāuis de ſene patre. Secunda ratio eſt. qꝛ Joannes in victu ⁊ veſtitu magis aſpam vitā q̄ꝫ chriſtus agere videbat Nā tunicā de pilis camelorū habebat. ⁊ ʒonā pellicean ad lumbos eius. et cibus eiꝰ locuſte et mel ſilueſtre. vt patʒ Mathei. iij. Chriſtus aūt ꝯmunibꝫ veſtibus induebatur. et cōmuni cibo vtebat. et cum hominibus in nuptijs et in cōuiuijs comederat. Tercia rō ē quia Joannes cōſortia hoīm deuitabat. et in deſerto morabat latitans ī antris et in ſpeluncis. donec ſpūſſanctus ei dixit vt exiret ad perhibenduʒ teſtimonium de chriſto Et tunc venit ad iordanem p̄dicans baptiſmū penitentie. vt patet Lu. iij. Chriſtus autem morabat cū hōibus ⁊ cōuerſabat cū pctōribꝫ et mādūcabat cū ipſis. vt ptʒ Mat. xi. Propterea ergo iudei ad ioannē legationē miſerūt. vt eū interrogarent an eēt chriſtꝰ Et reſpondit. quia non ſum ego chriſtus

turus eſt. qui ante me factus eſt. cuius ego nō ſum dignus vt ſoluam eiꝰ corrigiam calciamenti: Hec in bethania facta ſunt trans iordanem vbi erat Joannes baptiʒans

¶ Euangelium in gallicantu Natiuitatis chriſti

In illo tempore. Exijt edictum a ceſare Auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Hec deſcriptio pri-

Xiijt edictum a cęſare auguſto. Lu. ij. Hiſtoria huiꝰ euangelij fac
ta eſt anno chriſti primo vſuali. xij kalendas ianuarij. feria quar/
ta luna. xxvij. indicione. iij. Ante inicium illiꝰ euāgelij ſcribit ſāctꝰ Lu
cas in precedēti capitulo ortum ſancti ioānis baptiſtę ſcilicz quomodo
nunciatꝰ eſt ꝑ angeluz gabrielez patri ſuo zacharię in templo ⁊ quomo
do natꝰ ē de ſterili matre. ⁊ quomodo in circūciſione vocatum ē nomē eiꝰ
ioānes. Et qūo ipſe puer creſcebat. quātum ad augmētum corꝑis. ⁊ con
fortabat̄ ſpū ſcz quantū ad augmentum grē ⁊ ꝟtutis. Et erat in deſerto
vſqz ad diem oſtēſionis ſuę ad iſrl'. Et deſcribit ortū ꝑcurſoris. Hic cō
ſequēter deſcribit ortum ſaluatoris dñi. Factum eſt autem ī dieb⁹ ill'(Ex

ma facta eſt a pręſide ſyrię cirino. Eti/
bāt omnes vt profiterentur ſinguli in
ſuam ciuitatem Aſcendit autem ⁊ io/
ſeph a galilea de ciuitate nazareth in iu
dęam ciuitatez dauid quę vocat̄ beth
leem. eo quod eſſet de domo ⁊ familia
dauid. vt profiteretur cum maria de/
ſponſata ſibi vxore pregnante Et factū
eſt dum eſſent ibi

iijt edictum a cęſare au
guſto) Lu. Hic oſten
ditur tempus natiui/
tatis chriſti. qui natꝰ
eſt īperāte cęſare octa
uiano qui nominatꝰ ē
auguſtus ab augendo
quia valde notibili/
ter auxit imperium ro
manum qui regnauit
quadraginta duobus
annis. et duodecim
annis ante natiuita/
tem chriſti. ⁊ poſt tan
ta fuit pax in toto orbe. v t. ad lrām videret̄ impletū. quod ꝑdixit Eſa.
ca. ij. Cōflabūt gladios ſuos ī vomeres. lāceas ſuas ī falces. Vñ etiā
ī pſ. lxxi. Orie͡t in dieb⁹ eiꝰ iuſticia ⁊ abundantia pacis. Jtē Eſa. ij. Nō
leuabit gens cōtra gētem gladiū Et ſic ī dieb⁹ cęſaris auguſti ōnib⁹ gē/
tibꝰ romano imꝑio ſubiectis fuit pax vniuerſal' in orbe. Jdeo mandauit
(vt deſcriberet̄ vniuerſus orbis) vt ꝑ hoc ſciret̄ qualiter terrę eſſēt popula
tę. ⁊ quāta tributa ſuę glorię poſſēt reddere. vt ſic tributis indebitis nō
ḡuarent̄. Et etiam ſciret̄ per quez modū ſingulę terrę a romano imperio
meliꝰ regerētur (Hęc deſcriptio ꝓma facta ē a ꝓſide ſirię cirino) Hūc em̄
cirinum cęſar auguſtꝰ prefecerat terrę ſirię ad ipſam regēdam. Et quia ſi
ria eſt ī medio terrę habitabilis. ⁊ ibi fuit iſta deſcꝓtio ꝓmo inchoata vt
inde denūciaret̄ fieri in alijs ꝓuincijs circulariter (⁊ ibāt omnes vt ꝓfite
rēt̄ ſinguli ī ciuitatē ſuā) ſcz vnde oriūdi erāt. Profitebātur autem dupli
citer ſe ſubiectos eſſe romano imꝑio ſcz ſcꝓto qꝛ nomina eoꝝ ſcribebātur
et facto. qꝛ ſoluebāt cenſum imꝑatori. ſcz vnum numnū argēteum valē
tez decem nūmos vſuales (Aſcēdit autem ⁊ ioſeph (ſcz vir. Marię a ga
lilea) qꝛ inferior erat ꝙ̄ iudea (de ciuitate nazareth) vbi chriſtus conceptꝰ
erat. et in qua Joſeph manebat (in iudęā ciuitatez dauid) id eſt in bethle
em quę dicit̄ ciuitas dauid. quia inde oriundꝰ fuit. i. Reg'. xvij (eo ꝙ eſſet
de domo ⁊ familia) id ē de genere (dauid vt ꝓfiteret̄ cū Maria ſibi ſpon/
ſata vxore pregnāte) ipſa em̄ erat de eadem tribu cuz ioſeph. ⁊ licz maria
nō fuiſſet obligata tanꝙ̄ pregnās illuc ire ꝓpter longitudinem vię. quia

nazareth diſtat a bethleẽ quaſi per tres dietas.tamẽ ꝓpter exemplū obe/
dientie cū ipſis mulieribus ire voluit Itẽ ex diuina diſpoſitiõe hoc fcūm
eſt.vt ſic chriſt⁹ naſceretur in bethlleẽ.ſicut pdictum fuit Michee.v.Et
tu bethleem terra iuda nequaꝙ̄ mīma eſt in.principib⁹ iuda.ex te em̄ ex/
iet dux qui regat populū meū iſrahel(ꝛ fcm̄ eſt dū eſſent ibi īpleti ſunt di
es eius vt pareret)ſcȝ nouē menſes impleti ſunt a die cōceptiōis chriſti(ꝛ
peperit filiū ſuū primogenitū)dꝛ aūt primogenitus.nō qꝛ poſt illū habu
it filios alios.ſed qꝛ ante illū filiū aliuȝ nō habuit.Quia ſicut añ partū
ita in partu.ꝛ poſt partū inuiolata ꝟgo permanſit Tunc impleta ē iſta
ꝓphetia Eſa.vij.Ec/

**impleti ſunt dies vt pareret Et peperit filiū ſuū primogenitū ꝛ pannis eū in/ uoluit.ꝛ reclinauit euȝ in pſepio:quia non erat ei locus in diuerſorio.Et pa/ ſtores erant in regione eadē vigilantes ꝛ cuſtodientes vigilias noctis ſup gre gem ſuū Et ecce angelus domini ſtetit iuxta illos ꝛ claritas dei circūfulſit il/ los.ꝛ timuerunt timore magno. Et di**

ce virgo cōcipiet ꝛ pa/
riet filiū Et ipa bea/
ta virgo maria mag/
nū gaudiuȝ habuit in
chriſti natiuitate.ꝛ h
ideo.quia ſine dolore.
ſine afflictiõe.ꝛ ſine d
bilitatione ſui genuit
filiū quē ſciuit eſſe deū
et hōiem.Nā ſicut vir
go cōcepit.ſic ꝛ ſine do
lore genuit(ꝛ pānis e/
um inuoluit) ſcȝ ꝑ ſe/
ipſam.Ly.ex quo patet falſitas q̄ ſcribitur in libro de infantia ſaluato/
ris ſ.ipam obſtetrices habuiſſe.que nō requirūtur niſi ꝓpter afflictioneȝ
matris in partu.que nō habuit locū in virgine puerpa.que pepit ſine do
lore ꝛ ſine debilitate(ꝛ reclinauit eū in pſepio).Ly. Ioſeph em̄ in itinere
adduxerat ſecuȝ aſinū ad portandū vxorē pregnantē ꝛ bouem ad venden
dū vt de pcio ſolueret expenſas in via Et illis duobus aīalib⁹ fecit pſepi
um iuxta ſe.in quo beata virgo maria reclinauit filiū natū.qd fuerat pdi
ctum Eſa.i.Cognouit bos poſſeſſorē ſuū ꝛ aſinus pſepe dñi ſui.Dicūt
em̄ quidaȝ ꝙ aſinus ꝛ bos genuflexerunt coram chriſto Abacuc.iij.In
medio duū aīalium cognoſceris.vñ Bern..O chriſtiane vide qual' p te
factus eſt chriſtus.qꝛ ſi rex.vbi aula regia?vbi throni ſublimitas?vbi cu
rie regalis frequentia?Ecce aula regia ſtabulū.throni ſublimitas pſepi
um.Curie regalis frequētia.bos et aſinus.(quia nō erat ei loc⁹ ī diuerſo
rio) Gor.hic repħendūtur chriſtianoꝝ delitie.diuitie.ꝛ honores h⁹ mun/
di Delitie in hoc ꝙ dei filius nō mollibus vel calidis pelliceis indut⁹ fu
it.ſed vilib⁹ pannis inuolut⁹ Honores in hoc ꝙ nō in palacio.ſȝ in pſe/
pio eum reclinauit mater ſua Diuitie.in hoc ꝙ locū nō habuit in diuer/
ſorio Vñ Bern.O homo qd ſollicitus es de regali palacio?Ecce rex tu
us iacet in pſepio.Quid cogitas de pcioſo indumēto?rex tuus induitur
vili pāniculo(Et paſtores erāt in regione eadē vigilantes ꝛ cuſtodiētes
vigilias noctis ſup gregē ſuum)ſcȝ inter hierl'm ꝛ bethleē.que ciuitates
diſtant ad duo miliaria abinuicē(ꝛ ecce angelus dñi ſtetit iuxta illos)ſcȝ
paratus ad reuelandū eis diuina(et claritas dei circūuulſit eos)nō tm̄ ex/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

terius in corpe.ſed etiā interius in mēte(et timuerūt timore magno).ex inſolita viſione Sed angelus dn̄i cōſolabatur eos dicēs(nolite timere)cuius cām ſubiungit(Ecce em̄ euāgelizo vobis gaudiū magnū quod erit om̄i populo)nō ſolū iudeoꝝ.ſed etiā gentiliū Gor.Et hoc gaudiū ē magnū ſcd̄m oēm dimenſionem.q2 altū.profundū.longū.⁊ latū.Altū.q2 eius altitudo attingit celum.vn̄ Bern̄.Magna eſt hodierna feſtiuitas celū replet anteq̄ terrā Profunduz.q2 eius profunditas penetrat infernū.ſcz vſq̄ ad ſcōs qui erant in limbo.Itē eius longitudo ꝓtendit a pn̄cipio mūdi vſq̄ ad finē mundi.Itē eius latitudo occupat orbez terrarū. Vn̄ hodie canit in p̄fatione miſſę ſecūdę.pfuſis gaudijs tot⁹ in orbe terraꝝ mūd⁹ exultat.

**xit illis angelus Nolite timere Ecce ei euangelizo vobis gaudiū magnuz qd̄ erit omni populo Quia natus eſt nobꝭ hodie ſaluator.qui eſt chriſt⁹ dominus in ciuitate dauid Et hoc erit vobis ſignū Inuenietis infantem pannis īuolutum ⁊ poſitum in p̄ſepio. Et ſubito facta eſt cū angelo multitudo militię cęleſtis exercitus laudantiū deū ⁊ dicentium Gloria in altiſſimis deo Et in terra pax hominibus bonę voluntatis**

(q̄a natus eſt nobis).ſ.hominib⁹ ⁊ angelis pariter.q2 conſortio hoīm reparanda eſt ruina angeloꝝ (hodie).ly.dicit hodie.q̄uis eſſet nox.q2 nox illa ex claritate diuina fuit ita illūinata.acſi eēt dies clariſſima.ſcd̄m qd̄ fuerat p̄dictū i p̄s.cxxvij.Et nox ſicut dies illuminabit(ſaluator qui eſt chriſtus dn̄s in ciuitate dauid).id eſt in bethleem(⁊ hoc erit vobis ſignū.inuenietis infantē pannis inuolutū)⁊ n̄ ſericis inuolutū(poſitū in p̄ſepio)nō in palacio(⁊ ſubito facta eſt cū āgelo)qui tanq̄ principalis inter alios nūciauerat chriſti natiuitatē(multitudo militię celeſtis)id eſt angeloꝝ.qui nomine militię deſignātur.q2 pro ſalute hoīz cū āgli demonib⁹ p̄liant Unde Apoca.xij.Michael ⁊ āgeli eius p̄liabant cum dracone(laudantiū dominum)de chriſti natiuitate (et dicentium.Gloria in excelſis deo)quia licz ei⁹ gloria vbiq̄ luceat.maxime tamen in excelſis.id eſt in celo empireo.vbi eſt omnium ſanctorum habitatio(Et in terra pax hominibus bonę voluntatis)Et notāter dicit.pax in terra.⁊ nō gloria.quia in terra eſt pax.et in celo gloria Annūciatur autem pax hominibus bonę voluntatis.quia regnuz dei tm̄ valet quantum habes Unde Remigius Si enī diuitias zachei nō habes.ſi deſunt tibi duo minuta viduę.ſi nec calicē aquę frigidę potes offerre.offer deo bonam voluntatē Unde Auguſtinus Coronat deus intus voluntatem.vbi non inuenit facultatem.Unde Chriſoſtomus.Dextera tua plena eſt muneribus.ſi fuerit plena bona voluntate.

## Qꝫ multis miraculis fuit declarata chriſti natiuitas.

Natiuitas chriſti ſcd̃m Innocẽtiũ papã multis miraculis fuit decla/rata. Nam ipſa nocte obſcuritas noctis verſa eſt in diem. Item cũ tẽpe natiuitatis xp̃i ante ⁊ poſt fuiſſet pax in omnib9 terris ⁊ ꝓuincijs romani templũ pacis pulcerrimũ cõſtruxerũt. ⁊ cõſulẽtes apollinẽ deũ ſuũ ꝗ̃diu duraret tẽplũ hoc. Reſpõdit eis ꝗ̃diu ꝟgo non pariet his audi/tis dixerũt. templuꝫ pacis in eternum manet. Impoſſibile em̃ credebant virginẽ parere. Unde in forib9 templi ſcripſerũt. templũ pacis manet in eternuꝫ. Sed ipſa nocte ꝟgo peperit ⁊ tẽplũ fundit9 corruit. Itẽ ſecundum ꝓphetiam Hiere. ſignũ datũ eſt. quia oĩa idola corruerent quando virgo pareret.

¶ In diluculo Euangelium ſecunduꝫ Lucam. ij.

Nil. tẽ. Paſtores loq̃bant̃ ad inuicem Trãſea9 vſq3 bethleẽ ⁊ videa9 h ꝟbuꝫ

Et ꝓpter hoc ſa/cerdotes idolorũ imaginẽ virgĩs pueꝝ in gremio baiulãtem fecerũt. ⁊ in ſecreto loco templi ponentes adorauerũt. Item ex legenda lomberdica habetur quod ipſa die natiuitatis chriſti ſtatua romuli et omnia idola in diuerſ locis corruerũt. Itẽ ipſo die tres ſoles in oriente apparuerũt qui paulatĩ ĩ vnũ corp9 ſolare redacti ſũt. Itẽ Innocẽ. papa. dt ꝙ fõs a que in ipſa nocte in liquorẽ olei verſus eſt et tota die largiſſime manauit flu/ens vſque in tyberim. Sicut ſibylla ꝓphetauerat. ꝙ niſi erumperet fons olei nõ naſceret̃ ſaluator. Item Innocenti9 papa dicit ꝙ octauian9 imperator cum vniuerſum orbem iuriſdictõi romane ſubiugaret intantum ſenatui placuit vt eum ꝓ deo colere vellent. Ad illoruꝫ ergo inſtantiam ſibyllam ꝓphetiſſaꝫ cõſuluit. ſi maior eo aliquando naſceret̃. Cum ergo in die natalis chriſti ſibylla ĩ camera imperatoris orationibus ĩſiſteret in die media aureus circulus apparuit circa ſolem. ⁊ in medio circuli virgo pulcerrima pueruꝫ geſtans ĩ gremio. tũc hec ceſari oſtẽdit. Admirãs autem imperator audiuit vocem dicẽtem. Hec eſt ara celi. Dixitq3 ei ſi/bylla. Hic maior te eſt ipſum ꝓ deo adora. Eundemq3 locũ ĩ honorẽ beate marie virginis dedicauerũt. qui vſque hodie ſancta maria ara celi dicitur. Imperator igitur illi puero hoſtias optulit ⁊ ipſe deos ſuos de ce/tero colere recuſauit. Huic dicto cõcordant thimothe9 hiſtoriographus ⁊ oroſius pro magna parte. ¶ Circa preſens euãgeliũ vbi dicit̃. Annũcio vobis gaudium. Notãdum ꝙ magnuꝫ gaudium inſtat toti populo chriſtiano de natiuitate filij dei in humana natura in proximo tolerãda per quẽ natura humana eſt per omnia exaltata ⁊ omnib9 bonis repleta. Nat9 eſt em̃ filius dei cum ſacco pleno omnium gratiarum ⁊ virtutũ q̃s nobis gratias donauit ad Rho. viij. Quomodo etiaꝫ non omnia cum illo nobis donauit. ꝓpterea angelus dixit. Annũtio vobis gaudiũ magnum. quia natus eſt nobis ſaluator. Ubi ſciendum ꝙ primus homo ſc3 adam productus fuit ſine patre ⁊ matre. Secund9 homo ſc3 eua ꝓduc/ta fuit ex patre ſine matre. Omnes alij homines ex patre ⁊ matre. Re/ſtabat autẽ quart9 mod9 vt quis ꝓduceret̃ ex matre ſine patre. Sic chriſtus hodie natus eſt. Et in hac quarta generatione filij omnes in terrã

ſuam ſcȝ celeſtem hierl'm ꝑ chriſti meritū redierūt. Sicut in figura deus dixit abrahe. Gen̄. xxv. Generatiōe aūt quarta reuertentur

Poſtilla

